

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Baptismus a
cum fontibus proximo et primo

Tantum ualet baptismus per hominem
contemptibilem, quantum per apostolum datus,
ita nec istius nec illius
sed Christi cognoscitur.

Idem (Aug. de unico baptismo) libro V.... Cum
tantum ualeat baptismus per hominem
contemptibilem, quantum per Apostolum datus,
ita nec illius nec illius
sed Christi esse cognoscitur.

cum enim
tantum ualet baptismus per hominem
contemptibilem quantum per apostolum datus,
ita nec illius nec illius,
sed Christi esse cognoscitur;
quod in ipso domino Iohannes per illam
columbae speciem se didicisse testatur.

Augustinus Hipponensis, *De baptismo libri VII*,
5.13.15 (CSEL 51, M. Petschenig ed., pp.275-
6, ll.28, 1-3).

Inuenimus itaque dictum ab apostolis
et gloriam meam

et euangelium meum et ministerium meum,
quamuis utique a Domino
inpertitum atque donatum. Baptisma autem
meum nemo eorum dixit omnino.

Non enim omnes ministrant equaliter

et in euangelizando alius alio melius operatur;

alius autem alio magis
uel minus baptizatus dici non potest,
siue ab inferiore siue a maiore baptizetur.

Augustinus de unico baptismo libro V. et
ponitur de consecracione distinctione III.
capitulo: Nunc autem.

Inuenimus dictum ab Apostolis,
et gloriam meam, quamuis utique
in Domino, et prudentiam meam,
et ministerium meum, et euangelium meum,
quamuis utique a Domino
inpertitum atque donatum; baptismum autem
eorum nemo meum dixit omnino.
Neque enim omnium equalis est gloria,
nec ministrant omnes equaliter; nec
equali prudentia uel scientia omnes sunt pediti,
et in euangelizando alius alio melius operatur.
Et ideo dici potest alius alio doctior in ipsa
salutari doctrina. Alius autem alio maius
minusue baptizatus dici non potest,
siue ab inferiore siue a maiore baptizetur.

Gratianus, *Decretum*, 3.4.47 (*Corpus iuris*
canonici 1, A. Friedberg ed., col.1381).

Itaque inuenimus dictum ab apostolis
et gloriam meam (1 Cor. 9:15), quamuis utique
in domino, et ministerium meum (Rom. 11:13)
et prudentiam meam (Eph. 3:4) et euangelium
meum (2 Tim. 2:8), quamuis utique a domino
inpertitum adque donatum, ‘baptismus’ autem
‘meus’ nemo eorum dixit omnino.
neque enim omnium aequalis est gloria nec
ministrant omnes aequaliter nec
equali prudentia sunt omnes praediti
et in euangelizando alius alio melius operatur
et ideo dici potest alius alio doctior et ipsa
doctrina salutari: alius autem alio magis
minusue baptizatus dici non potest,
siue ab inferiore siue a maiore baptizetur.

Augustinus Hipponensis, *De baptismo libri VII*,
5.14.16 (CSEL 51, M. Petschenig ed., p.277,
ll.1-10).